Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift

superbenedictissime trinitati · qui me in eius so
lennitatis die / quo benedictionis tue sive despon
sationis munus · necnon et sacramenti confir
mationis gratias acceptura eras / voluit inter
esse · ut tenendo te coram prelato / patrinus tuus
efficerer · per quod spiritualis cognationis titulum
tecum me gaudeo contraxisse · et me teneo gran
diter honoratum · ut sponsam Christi / meam possim
filiolam vocare Quia igitur ex tunc filiola mea esse
cepisti · necesse est michi / ut ex necessitate pater
nitatis sollicitudinis curam gerens te impendam
Patrini autem in sacramento confirmationis effecti ·
ex institutione divina / filiorum suorum et filiarum
tenentur curam gerere specialem · videlicet ad ipsos ro
borandum / animandum et exhortandum / ut fidem Christi
susceptam constanter teneant · singulisque tempta
tionibus viriliter contra vicia resistant · et ipsam
professionem fidei / omni timore postposito etiam coram in
imicis publice et intrepide confiteantur Et quoniam
tu novella miles effecta in huius mundi campo
certaminis contra incursus temptationum te sencio
minimus expertam · quapropter habes frequentibus
et assiduis exhortationibus animari et concitari / ut
huiusmodi insultibus resistere valeas ne succum
bas Tu enim iuvencula et etate tenella · portas
thesaurum positum in vase fictili secunda ad corinthi
os 4to · et procedente etate / multos habebis insidiato

BIBLIOTHECA MELLICENSIS